

Colloquium XXIII^{tium}.*De occasione Reformationis.*

BALTHASAR et CASPARUS.

B. Henricum Episcopum reformationis Augustanæ motorem fuisse publica comprobant documenta: quibus autem fundamentis rem aggrediebatur?

C. Incufabat non solum ministros Evangelicos, five statum ecclesiasticum, sed etiam Magistratum five statum politicum.

B. Cujus rei arguebantur ministri ecclesiæ Evangelicæ? **C.** Illos fovere doctrinam Zwinglianam, & Flacianisini: turbare concionibus suis auditores, & concitare eos in odium erga concives pontificios: aberrare ab articulis Augustanæ confessionis & plura.

B. Quæ vero excogitabat & proferebat imputata contra Magistratum Evangelicum? **C.**

Primas eundem in Senatu officiisque publicis arrogare partes: tam in administranda